

DECRETUM.

Cum SSinus D. N. Leo PP. XIII Litteris Apostolicis datis die 10 Julii 1885 dioecsim Trifluvianam in provincia Quebecensi divideret ac novam dioecsim vulgo Nicolet appellatam crexerit, ad ipsius dioecesis emolumenta ac debita inter utramque aequa lance partienda eidem Sanctitati Suae in aud. diei 3 Julii ejusdem anni sequentia constituere proposita sunt.

1o Universa quae Trifluviana dioecesis ex quocunque titulo, die erectionis novae sedis habebat emolumenta sive in proprietatibus sive in pecunia, adquisita per communes contributiones partis Septentrionalis et Meridionalis dioecesis ipsius ac aes alienum quo eodem tempore premebatur, utrique dioecesi pro rata respectivae populationis assignabuntur.

2o Per tres sacerdotes autem, nempe unum ab Episcopo Trifluviano designandum, alterum vero ab Episcopo Nicoletano atque tertium ab istis duobus sacerdotibus eligendum supradictae emolumentorum debitorumque divisionis schema, adhibito virorum prudentium auxilio praeparabitur.

3o Conclusiones emanatae a deputatis quamprimum judicio Sac. Congis. Fidei Propagandae submitti debebunt, silentio circa totum negotium, in quantum ab ipsis pendet servato.

Quae quidem omnia ipsa Sanctitas Sua probare dignata est ac praesens in re decretum expediri jussit.

Datum Romae ex Aud. S. Congis. de Prda. Fide, die 28 Martii 1886.

(S. † S.)

JOANNES CARD. SIMEONI, Praefectus.

† D. ARCHIEP. TYREN. Secrius.

Pro vero apographo,

J. F. BELAND Pter

Cancellarius.

EXTRAIT DU PROJET DE DECRET DE MGR J. CAMERON, EVEQUE D'ARICHAT COMMISSAIRE APOSTOLIQUE.

Cum in litteris diei 18 Aprilis Nobis mandatum fuerit ex parte Summi Pontificis Leonis XIII gloriosissime regnantis per Eminentissimum DD. Joannem Cardinalem Simeoni S. Cong. de Propaganda Fide Praefectum ut dioecsim Triflavianae divisionem juxta decretum in generalibus comitiis ejusdem S. Congregationis habitis die 30 Septembris 1884, exequemur.